

ordinatur: ergo &c. Major admittitur, minor vero sic probatur: Causa materialis non aliter causat compositum, quam exhibendo se subjectum formam; nec forma aliter, quam exhibendo se perfectionem materie: atqui si ita est, causa materialis, & formalis non aliter causant compositum, quam per mutuam sui traditionem, quatenus ad unionem, sive compositionem ordinatur: quid enim aliud est materialia exhibere se subjectum formae, quam tradere se perfectionem? & quid aliud est formam exhibere se perfectionem, sive actum materie, quam tradere se sustentandam a materia? Igitur causa materialis, & formalis causalitas consistit in mutua sui traditione: quam, ut in assertione insinuavi, recte intelliges, si concepias inesse tum materię, tum formam entitatem aliquam, & rursus aliquam virtutem, sive facultatem agendi ac patiendi naturalem; atque ita materiam ad efficiendum compositum tribuere suam entitatem ac virtutem (non enim materiam omnino inertem ac vacuum omni perfectione recipimus) & formam similiiter id ipsum conferre; sed tribuere composito perfectionem qua prevaleat: quatenus forma in composito ea pars intelligitur esse, qua praeminent alteri. De cætero communicatio illa entitatis ac virtutis, ad unionem intimam, qualis est compositionis unio, ordinatur, ut patet; quia causalitas, de qua agitur, non est nisi influxus ad constitutendum compositum ordinatus; sed unio constitutionem illum præcedit. Ergo &c. Ex his vero quædam erienda sunt corollaria.

III.  
Qualiter  
non sint  
propriè  
cauze.

I V.  
Possent  
esse sibi  
mutuò  
cauze.

Colliges itaque *Primo* causas materialem & formalēm non esse causas proprię dictas; quia enim non aliter influire in compositum, quam per mutuam sui traditionem, consequens est compositum non esse entitative distinctum ab iis sibi mutuo traditis, ac proinde compositum non esse aliud a materia & forma simul sumptis: quod tamen requireretur ad rationem cause in proprio sensu accepta, qua superius definita fuit *principium influens esse in aliud*.

Colliges *secundō* assertiōnēm procedere de causis materiali, & formalē inadiquate sumptis pro parte nobiliori, & ignobiliori compare concurrentibus ad efficiendum compositum, de quibus notandum est eas posse esse sibi mutuo causas: quia enim materia habet connaturalem sibi aliquam perfectionem, quamvis inferiorem eā qua formæ inest, illam formam communicat, & ita formam perficit: in quo sensu forma perficietur & perficit, materia actuabitur & actuabit. Necque in hac reciproca causalitate illa est repugnans, imo summa necessitas; quia impossibile apparet fieri entitatum communicationem sine commercio perfectionum. In alio etiam sensu materia & forma adæquata sumptis; hinc pro eo omni, ex quo inexistente fit compositum; & illinc pro

partium